



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 80. Variæ SS. Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

cidit, quod in voto de non procuranda Sæc. XVII.
vel acceptanda majore dignitate extra Reli- A.C. 1643.
gionem nullus omnino præter summum
Pontificem dispensare valeat. Quoniam
vero Pontifex Breviarii Romani Hym-
nos minus concinne compositos ad pu-
rioris latinitatis, metrique leges ele-
gantius revocaverat, hinc die vigesima
septima Aprilis præcepit, ut in omni-
bus omnino Ecclesiis Hymni ita emen-
dati recitentur. Statuit quoque die
decima Maij, ut festum S. Norberti
die undecima Mensis Julii celebretur,
Indulgentiam vero plenariam perpe-
tuam pro visitantibus Ecclesias Ordinis
Præmonstratensis eodem die confessis,
& Sacra Synaxi munitis indulxit. In-
super die decima sexta Maij concessit,
ut Josaphatus Archiepiscopus Polocen-
sis Ord. Sancti Basillii Monachus & Mar-
tyr, tanquam Beatus coli, & de eo in
die ipsius Natalis duodecima Novem-
bris Officium & Missa celebrari valeat.

§. LXXX.

Variæ SS. Congregationum de- cisions.

Emergentibus variis dubiis Sacræ Decret.
Congregationes Romanæ sequenti- SS. Congr.
bus decretis satisfacere studuerunt, & Concil. Rit.
quidem die septima Februarii Sacra Con- Et c.

A a a 3

cili

Sæc. XVII. cilii Congregatio decidit, quod consue-
A. C. 1643. tudo Canonicorum recipiendi distribu-
tiones Matutinales, audiendo Concio-
nem in Cathedrali in habitu Canoni-
cali, non excuset in conscientia ab one-
re restituendi. Eadem Congregatio
die vigesima prima Martii declaravit,
quod Episcopo liceat punire Regulares,
si qui indecentia vel prohibita in Ec-
clesiis suorum Ordinum circa Missæ sa-
crificium committant. Die autem de-
cima octava Aprilis a Sacra Rituum
Congregatione, approbante ipso Urba-
no Papa, declaratum, quod Commu-
nitates civitatum seu locorum non te-
neantur ex præcepto servare festa ex
Voto earumdem indista, eoquod sub
præcepto duntaxat voventesteneantur.
Decisum quoque die decima quarta
Augusti a Congregatione S. Concilii,
quod regulares, si sub Rosario palam
Sacra Mysteria per exhortationes ex-
ponere velint, Ordinarii benedictionem
petere teneantur: Episcopus quoque
vel ejus Vicarius teneatur dare literas
approbationis iis, qui fuerunt appro-
bati ab Examinatoribus, ad confessio-
nes, quamvis certus in conscientia cre-
dat, hujusmodi approbatos esse minus
idoneos; quia ipsius non est reprobare
approbatos.

Prohibentur etiam Regulares, ne
Eucha-

Eucharistiam proprio arbitrio ad infir- Sæc. XVII.
mos deferant: Dubitatum quoque fuit, A. C. 1643.
an Episcopo prædicanti ex solito sugge-
stu, sine Baldachino & in Mozetta &
stola, Canonici & Dignitates assistere
teneantur? Sacra igitur Rituum Con-
gregatio die decima nona Decembbris
negando respondit, nisi quando Epi-
scopus cum Pluviali & Mitra, ad præ-
scriptum Cæremonialis Episcopalis præ-
dicare voluerit.

§. LXXXI.

Joannis Vergeri San - Cyrani Ab- batis obitus, ejusque opera.

Jansenianæ Historiæ series depositit, ut *Sammarth.*
vitam, obitum, & opera Joannis *Gall. Christ.*
Vergerii de Hauranne succinēt exhibe-^{t. 4. p. 830.}
beamus, suspenso de ejus Orthodoxia *Brice de-*
script. de
judicio. Erat hic nobili genere Bajo- *Paris.*
næ ortus, ac primævo naturæ benefi-
cio ad literas natus, quibus, ut inge-
nium suum magis excoleret, suadente
Bertrando d'Escaux Bajonensi Episco-
po, primum Parisios, demum Lova-
nium contendit, arcta familiaritate Justo
Lipio, ac postea Cornelio Jansenio jun-
ctus; unde evenit, quod Vergerius
primarius Jansenismi author, parens-
que a Molinistis dicatur: Morabatur
aliquamdiu Vergerius Parisius, Janse-
nio

Aaa 4